

visu etiam stipem quotannis die certo emendicabat a populo cauam manum asses porrigentibus praebens.

92 Auspicia et omnia quaedam pro certissimis obseruabat: si mane sibi calceus perperam ac sinister pro dextro induceretur, ut dirum; si terra mariae ingrediente se longinquam profectioem forte rorasset, ut laetum maturique et prosperi reditus. sed et ostentis praecipue mouebatur. enatam inter iuncturas lapidum ante domum suam palmam in conpluuium deorum Penatium transtulit, utque coalesceret magno opere curauit. 2 apud insulam Capreas ueterrimae ilicis demissos iam ad terram languentisque ramos conualuisse aduentu suo, adeo laetatus est, ut eas cum re p. Neapolitanorum permutauerit Aenaria data. obseruabat et dies quosdam, ne aut postridie nundinas quoquam proficisceretur 15 aut Nonis quicquam rei seriae incoharet; nihil in hoc quidem aliud deuitans, ut ad Tiberium scribit, quam *δυσφημίαν* nominis.

93 Peregrinarum caerimoniarum sicut ueteres ac praecipuas reuerentissime coluit, ita ceteras contemptui habuit. namque Athenis initiatus, cum postea Romae pro tribunali de privilegio sacerdotum Atticae Cereris cognosceret et quaedam secretiora proponerentur, dimisso consilio et corona circumstantium solus audiit disceptantes. at contra non modo in peragranda Aegypto paulo deflectere ad uisendum Apin supersedit, sed et Gaium nepotem, quod Iudaeam praeteruehens apud Hierosolyma[m] non supplicasset, conlaudauit.

94 Et quoniam ad haec uentum est, non ab re fuerit subtexere, quae ei prius quam nasceretur et ipso natali die ac deinceps euenierint, quibus futura magnitudo eius ac perpetua felicitas sperari animaduertique posset. 2 Velitris antiquitus tacta de caelo parte muri respon-

1 a] e M 8 ea natam M 11 dimissos MG 13 eas M, eam Bentl. 17 in aliud M 19 receptas Beroald., p(opulo) R. receptas Oud. 28 Hierosolyma Bwm.

eo ut

sum est eius oppidi eiuem quandoque rerum potiturum; qua fiducia Veliberni et tunc statim et postea saepius paene ad exitium sui cum populo R. belligerauerant; sero tandem documentis apparuit ostentum illud Augusti 5 potentiam portendisse.

Auctor est Iulius Marathus, ante paucos quam nasceretur menses prodigium Romae factum publice, quod denuntiabatur, regem p(opulo) R(omano) naturam parturire; senatum exterritum censuisse, ne quis illo anno 10 genitus educaretur; eos qui grauidas uxores haberent, quod ad se quisque spem traheret, curasse ne senatus consultum ad aerarium deferretur.

In Asclepiadis Mendetis Theologumenon libris lego, 4 Atiam, cum ad sollemne Apollinis sacrum media nocte uenisset, posita in templo lectica, dum ceterae matronae dormirent, obdormisse; draconem repente irrepsisse ad eam pauloque post egressum; illam expergefactam quasi a concubitu mariti purificasse se; et statim in corpore eius extitisse maculam uelut picti draconis nec potuisse umquam exigi, adeo ut mox publicis balneis 20 perpetuo abstineret; Augustum natum mense decimo et ob hoc Apollinis filium existimatum. eadem Atia, prius quam pareret, somniauit intestina sua ferri ad sidera explicarique per omnem terrarum et caeli ambitum. somniauit et pater Octauius utero Atiae iubar 25 solis exortum.

Quo natus est die, cum de Catilinae coniuratione 5 ageretur in curia et Octauius ob uxoris puerperium serius affuisset, nota ac uulgata res est P. Nigidium 30 comperta morae causa, ut horam quoque partus acceperit, affirmasse dominum terrarum orbi natum. Octauio postea, cum per secreta Thraciae exercitum

1 est om. MG eius om. LP'S 3 belligerauerunt X 15 uenisset et M 16 dormirent] domum irent Graev. (domitium domum irent M. Hertz), conuenirent Bentl., coirent Madv., domi dormirent Wlassowa, adorarent Bäck. 18 marito M 20 eximi X balneis GX'II 24 terram MX

duceret, in Liberi patris luco barbara caerimonia de  
 filio consulenti, idem affirmatum est a sacerdotibus,  
 quod infuso super altaria mero tantum flammae emi-  
 cuisset, ut supergressa fastigium templi ad caelum  
 usque ferretur, unique omnino Magno Alexandro apud  
 easdem aras sacrificanti simile prouenisset ostentum.  
 6 atque etiam sequenti statim nocte videre uisus est  
 filium mortali specie ampliozem, cum fulmine et sceptrō  
 exuuiisque Iouis Optimi Maximi ac radiata corona, super  
 laureatum currum, bis senis equis candore eximio tra-  
 hentibus. infans adhuc, ut scriptum apud C. Drusum  
 extat, repositus uespere in cunas a nutricula loco  
 plano, postera luce non comparuit diuque quaesitus  
 tandem in altissima turri repertus est iacens contra  
 solis exortum.

7 Cum primum fari coepisset, in auito suburbano  
 obstrepentis forte ranas silere iussit, atque ex eo ne-  
 gantur ibi ranae coaxare. ad quartum lapidem Cam-  
 panae uiae in nemore prandenti ex improviso aquila  
 panem ei e manu rapuit et, cum altissime euolasset, 20  
 rursus ex improviso leniter delapsa reddidit.

8 Q. Catulus post dedicatum Capitolium duabus con-  
 tinuis noctibus somniauit: prima, Iouem Optimum Maxi-  
 mum e praetextatis compluribus circum aram ludentibus  
 unum secreuisse atque in eius sinum signum rei p. quod 25  
 manu gestaret reposituisse; at insequenti, animaduertisse  
 se in gremio Capitolini Iouis eundem puerum, quem  
 cum detrahi iussisset, prohibitum monitu dei, tamquam  
 is ad tutelam rei p. educaretur; ac die proximo ob-  
 uium sibi Augustum, cum incognitum alias haberet, 30

5 flamma *Modd. fort. recte* 5 olimque X 6 sacrifi-  
 cante *MG* prouenisse *Bentl.* 11 C.] Caesarem *Müller*  
 apud *B.-Cruis.* 16 auito (-ti G) *MGLP*, -ta S 24 e] ex  
 S, om. T 25 eius sinum (sinum eius *LPOT*) signum XT, eius  
 signum *MGV* ('sinu ad 'signū in *merg. adscr. M*), eius sinum  
*Bentl.* rei p. quod X, rei p. quam (qua V) rei, rem p. quam  
 δ (*Bentl.*), Romae quod *Lips.* 26 ad G, atque T

non sine admiratione contuitus simillimum dixit puero,  
 de quo somniasset. quidam prius somnium Catuli aliter  
 exponunt, quasi Iuppiter compluribus praetextatis tu-  
 torem a se poscentibus unum ex eis demonstrasset,  
 5 ad quem omnia desideria sua referrent, eiusque oscu-  
 lum delibatum digitis ad os suum retulisset.

M. Cicero C. Caesarem in Capitolium prosecutus 9  
 somnium pristinae noctis familiaribus forte narrabat:  
 puerum facie liberali demissum e caelo catena aurea  
 10 ad fores Capitoli constittisse eique Iouem flagellum tra-  
 didisse; deinde repente Augusto uiso, quem ignotum  
 plerisque adhuc auunculus Caesar ad sacrificandum ac-  
 ciuerat, affirmavit ipsum esse, cuius imago secundum  
 quietem sibi obuersata sit.

15 Sumentu uirilem togam tunica lati clauī resuta ex 10  
 utraque parte ad pedes decidit. fuerunt qui interpre-  
 tarentur, non aliud significare, quam ut is ordo cuius  
 insigne id esset quandoque ei subiceretur.

Apud Mundam Diuus Iulius castris locum capiens 11  
 cum siluam caederet, arborem palmae repertam conser-  
 uari ut omen victoriae iussit; ex ea continuo enata  
 suboles adeo in paucis diebus adoleuit, ut non aequi-  
 peraret modo matricem, uerum et obtegeret frequenta-  
 returque columbarum nidis, quamuis id auium genus  
 25 duram et asperam frondem maxime uiuet. illo et prae-  
 cipue ostento motum Caesarem ferunt, ne quem alium  
 sibi succedere quam sororis nepotem uellet.

In secessu Apolloniae Theogenis mathematici per- 12  
 gulam comite Agrippa ascenderat; cum Agrippae, qui  
 30 prior consulebat, magna et paene incredibilia praedi-  
 cerentur, reticere ipse genituram suam nec uelle edere  
 perseuerabat, metu ac pudore ne minor inueniretur.

9 demissa *MX* (in *M* corr. ex demisso), demisso *GV* e  
 om. *G* 14 obseruata X 15 laticlauia *Græv.* resoluta  
*Halbertsma* 17 significari *Steph.* 28 successu *M*, secessum  
 X per regulam X

qua tamen post multas adhortationes uix et cunctanter edita exiliuit Theogenes adorauitque eum. tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, ut thema suum uulgauerit nummumque argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percusserit.

95 Post necem Caesaris reuerso ab Apollonia et ingrediente eo urbem repente liquido ac puro sereno circumulus ad speciem caelestis arcus orbem solis ambiit ac subinde Iuliae Caesaris filiae monimentum fulmine ictum est. primo autem consulatu et augurium capienti duodecim se uultures ut Romulo ostenderunt et immolanti omnium uictimarum iocinera replicata intrinsecus ab ima fibra paruuerunt, nemine peritorum aliter coiectante quam laeta per haec et magna portendi.

96 Quin et bellorum omnium euentus ante praesensit. contractis ad Bononiam triumuirorum copiis aquila tentorio eius supersedens duos cornus hinc et inde infestantis affixit et ad terram dedit, notante omni exercitu futuram quandoque inter collegas discordiam talem qualis secuta est, atque exitum praesagiente. <...> Philippo<s> Thessalus quidam de futura uictoria nuntiauit auctore Diuo Caesare, cuius sibi species itinere auio occurrisset.

2 Circa Perusiam sacrificio non litanti cum augeri hostias imperasset ac subita eruptione hostes omnem rei diuinae apparatus abstulissent, constitit inter haruspices, quae periculosa et aduersa sacrificanti denuntiata essent, cuncta in ipsos recasura qui exta haberent; neque aliter euenit. pridie quam Siciliensem pugnam classe committeret, deambulanti in litore piscis e mari exiliuit et ad pedes iacuit. apud Actium descendenti in aciem asellus cum asinario occurrit: homini Euty-

10 et] ei T (consulatus die Bentli). 20 atque exitum Torr., at (ad G) exitum (exercitum V) Q, et ex. Roth lacunam statuit Booti explens eunti (accedenti uel proficiscenti Büch.) et tum Philippo<s>, Philippis ed. Iunt. 1510, apud Philippos Scalim. 24 litanti M<sup>2</sup>, litati M<sup>1</sup>G, litato X', litante T

chus, bestiae Nicon erat nomen; utriusque simulacrum aeneum uictor posuit in templo, in quod castrorum suorum locum uerbit.

Mors quoque eius, de qua dehinc dicam, diuinitas- 97 que post mortem euidentissimis ostentis praecognita est. cum lustrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum saepius circumuolauit transgressaque in uicinam aedem super nomen Agrippae. da primam litteram sedit; quo animaduerso uota, quae in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare iussit: nam se, quamquam conscriptis paratisque iam tabulis, negauit suscepturum quae non esset soluturus. sub idem tempus ictu fulminis ex inscriptione statuæ eius prima nominis littera effluxit; responsum est, centum solos dies posthac uicturum, quem numerum C littera notaret, futurumque ut inter deos referretur, quod aesar, id est reliqua pars e Caesaris nomine, Etrusca lingua deus uocaretur.

Tiberium igitur in Illyricum dimissurus et Beneuentum usque prosecuturus, cum interpellatores alios atque aliis causis in iure dicendo detinerent, exclamauit, quod et ipsum mox inter omina relatum est: non, si omnia morarentur, amplius se posthac Romae futurum; atque itinere incohato Asturam perrexit et inde praeter consuetudinem de nocte ad occasionem auræ euectus causam ualitudinis contraxit ex profuuiu alui. tunc Campaniae ora proximisque insulis circuitis Campaniarum quoque secessui quadriduum impendit remississimo ad otium et ad omnem comitatem animo.

30 Forte Puteolanum sinum praeteruehenti uectores 2 nautaeque de nauis Alexandrina, quae tantum quod appulerat, candidati coronatique et tura libantes fausta

4 hinc II<sup>1</sup> (Roth), in M de ss. m. 1 15 affluxit M 16 enotaret M, denot. Büch. 18 e om. M<sup>1</sup>S<sup>1</sup>T, a G 22 si omina PT 24 in itinere MGV 25 aurea aurę M 26 ex om. T 31 an naue? 32 thura GXT